

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

Capvt XXIII. De tribus matrimonij bonis, quibus conjugium honestatur, & apud Fideles acceptum, apud infideles & hæreticos quosdam detestabile redditur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

facerent, dementarunt; quod non fecissent, nisi & ipsæ fuissent dementes.

Ob hæc, & complura talia, cùm coniuges deberent, coniugia reprehenduntur. Quæ quia à Deo sunt instituta, in ipsum scilicet Deum querelæ redundant, quasi ille sit malorum author, qui status est author, & qui vxorem dedit; è quibus mala pullulant. Nam Deum status matrimonialis esse institutorem & approbatorem, è supradictis constat: quia primus omnium, inter primos parentes, matrimonium ipse fecit. Et, in lege gratiæ, teste D. Cyrillo, & Augustino alijsque, Christus idcirco, in Cana Galilææ voluit nuptijs interesse, ut nuptias, tanquam à Deo institutas, approbaret; ob quam caussam etiam matrimonium, inter Ecclesiæ sacramenta, constituit. Quemadmodum igitur Adam à Domino castigatus, culpam in uxorem, & per hanc in ipsum uxoris datoren refudit, dicens: *Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi;* ita & alij eius, etiam in excusatione accusationeque, successores, Deo attribuere non verentur, quæ in coniugijs, natura sua bonis, hominum autem vitio sèpè ærumnosis, reperiunt. Medicina querelarum erit, Matrimonij bona, fines, curam prouidentiamque diuinam, in eo conciliando, aut etiam in ijs justissimè plectendis, qui illud temere, atque illicitè ineunt, polluunt, eonveniē se indignos reddunt, considerare.

## C A P V T XXIII.

*De tribus Matrimony bonis, quibus coniugium, honestatur & apud Fideles acceptum, apud infideles & hereticos quosdam, detestabile redditur.*

**T**ria generatim statuunt Matrimonij bona Theologi, cum D. Augustino, cuius hæc sunt: *Quod bonum habent nuptiæ, peccatum esse nunquam potest. Hoc autem tripartitum est; Fides, Proles, Sacramentum. In Fide attenditur, ne preter vinculum coniugale cum altera, vel altero concubatur. In Prole, ut amanter suscipiantur, benignè nutritur, religiosè educantur. In Sacramento autem, ut coniugium non separetur, & dimisus, aut dimissa, ne caussa quidem prolixi, alteri coniungatur.*

Pp

Duo

## IX.

S. Cyril. in  
c. 2. Ioan. S.  
Austin. serm.  
4. de temp. S.  
Theod. lib. 5.  
diuinor. de-  
cretor. Bed.  
hom. 2.  
Gen. 3. 12.

I.  
S. Aug. lib. 9.  
super Gen. c. 7  
& lib. 1. de  
Nuptijs &  
concup. c. II.  
& 17.

II.  
S. Thom. q.  
49. a. 1.

z. Cor. 7.

Vazq. d. 2. de  
matrim. c. 1.  
Suar. t. 3. in  
3. p. d. 2. S. 1.  
all. 3. Sanch.  
lib. 2. d. 5.

Iudith. 15. II.

Dan. 13.

III.

1. vlt. §. frau-  
dis ft. de. ho-  
nis damnato-  
rum. Aristot.  
2. Polit. c. 7.

Couarrua. in  
Epitome 1.4.  
part. 2. c. 8.

Duo prima bona sunt matrimonij effectus: tertium est quiddam ex institutione diuina, cum matrimonij contraconnexum. Per haec tria matrimonium cohonestatur, &c, in genere moris, à fornicario contubernio discriminatur. Nam cum matrimonialis actus, in genere naturæ, sit eiusdem speciei cum actu fornicationis; in genere moris tamen ab eo maxime differt. Neque enim ibi est fides, ob quam, alter alteri, iuxta Apostolum, debitum reddere ex præscripto legis diuinæ; aut cum eo cohabitare cogatur; aut contra jus alterius faciat, si ad alium torum diuertat; sicut pertinet ad fidem coniugalem, neuter coniugum cum aliqua alia persona copuletur; multo minus, altero coniuge viuente, cum aliqua alia persona matrimonium contrahat. Siquidem per matrimonium, inter duos id contrahentes, jus ac Dominium vnius corporis in alterum transfertur, traditurque, quod mutuo consensu acceptatur. Vnde iniuriam alteri facit, quisquis coniugum diuortit: & multum, apud Deum meretur, qui hanc fidem datam seruat. Qua de causa dicebat olim Ioachim Summus Pontifex ad c.

stillam Iudith: Eò, quod castitatem amaueris, & post virum tuum, alterum nescieris: ideo & manus Domini confortauit te, & ideo eris benedicta in eternum. Hanc benedictionem tanti fecit Susanna, vt mortem oppetere, quam Senum libidine contami- nari mallet.

Secundum bonum est matrimonij, proles vel actu suscipienda, vel prout suscipi potest ex matrimonio, quod ad prolem suscipiendam, per se, &c, cum recta ratione, ordinatur. Et enim proles per se magnum quoddam bonum, quod conservat & auget humanam societatem. Vnde Adrianus Imperator, ste Paulo Iureconsulto, dixit: malle se imperium ampliare humi- num adiectione, quam pecuniarum copia. Et Aristoteles scribit, eum, qui Spartiarum Rempublicam legibus constituit, Spatiatas, propositis præmijs, ad coniugia adhortatum esse, vt numerus ciuium magis augeretur. Disputant etiam nostri Doc- tores, An aliquas immunitates, & quasnam etiam nunc habeant, qui in certo numero prolem masculinam ex matrimonio suscep- tur. Et fuit, apud Romanos etiam, magnum quiddam, jus trium liberorum,

liberorum, immo liberorum viuensim. Neque vero tantum est bonum totius communitatis proles, sed etiam ipsorum parentum, qui & ipsi, per prolem, genus suum conseruant, &c., si bi, per liberos suos, videntur, post mortem, vivere ac superesse. Quin & subsidium, honorem ac consolationem ab ipsis expectant. Cohonestat etiam matrimonium proles eo nomine, quod filij è matrimonio suscepti legitimi, id est, ad publica officia ac dignitates, in Republica, quæ quandam honestatem requirunt, idonei esse censeantur. Secus se res habet, cum ijs, qui extra matrimonium procreantur: nam illi illegitimi, id est, ad eiusmodi officia ac dignitates inhabiles iudicantur. Quanquam omnino fornicatores, plerumque, præter voluntatem suam, liberos suscipiant. Mallent enim nullam prolem sequi; quia, spretis naturæ legibus, & ratione contenta, ritu brutorum animantium, in copula, non prolem querunt, sed voluntatem. In quo actu, ob delectationis vehementiam, absorbetur ratio, adeò ut, illo tempore, nequeat homo aliquid intelligere, vt tradit Aristoteles, sicutque epilepticus, vt dicebat Alexander Magnus. Hæc iactura usus rationis compensatur, in matrimonio, ratione prolem intende, quod non est agere, more bestiarum.

Tertium bonum est, vinculi constantia & perpetuitas, cùm coniugium sit maritalis viri & mulieris inter legitimas personas, coniunctio individualia vita consuetudinem continens. Nam et si complures causæ sint, ob quas unus coniunx ab altero potest separari, vel quoad rororum, vel etiam quoad cohabitationem, tamen pauci admodum casus dantur, ob quos ipsum matrimonij vinculum (non ipsorum coniugum voluntate aut authoritate purè humana, sed divina, aut eius, qui Dei in terris vicarius est) dissoluatur, ita ut dimissus aut dimissa cum alio possit matrimonium inire. Quod cum Montano quidam heretici temere permittunt, ob adulterium, & affectatam absentiam alterius coniugis: cùm tamen matrimonij vinculum indissoluble sit, eò quod Deus ipse matrimonia iungat, quæ proinde non nisi eiusdem Dei authoritate possunt, aut debent disiungi: qua ratione Christus usus est, cùm dixit: *Quod Deus coniunxit, homo*

Aristot. lib. 7.  
Ethic. c. II.

IV.  
Magister in  
4. dist. 27.

Montanus  
apud Euseb.  
lib. 5. histor.  
Eccl. cap. 18.  
Buccerus in  
c. 19. Matth.  
Matth. 19.

*homo non separet. Ex cuius mente matrimonia esse indissolubilia, etiam inde ostenditur, quia dixit: Quicunque dimiserit uxori suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam.*

Marc. 10.

S. Augustin.  
lib. 1. de adul-  
ter. coniug.  
cap. 9.  
Conc. Trid.  
fess. 24. & cap.  
vlt. de con-  
dit. appositis.

S. Ambros.  
lib. 1. de Ab-  
raham c. 4.  
1. Cor. 7.

Rom. 7.

2. Cor. 12.  
Ephes. 5. 32.  
S. Augustin.  
lib. de bono  
coniugij c. 7.  
15. 18. 23. &  
l. i. de nuptijs  
& concupis.  
c. 10.

*Si, quicunque, uxore sua dimissa, alteram ducit, moechatur; sine dubio, ibi sunt ambo, & qui prater, & qui propter caussam fornicationis dimittit uxorem. Hoc est enim: Qui cunque dimiserit, id est, omnis qui dimiserit. Quare, qui matrimonium ineunt, non possunt contractui suo adiwcere certi temporis pactum, cum quo tempore, ante mortem alterius, matrimoniale vinculum expiret; quia Deus ius corporis coniungi tradendi voluit esse perpetuum, vt Conc. Trid. declarat; quod alibi ait, conditionem huic perpetuitati contrariam substantia matrimonij repugnare. Intelligere est hinc, parem, in hac re, esse caussam viri ac mulieris: quia vt S. Ambrosius ait: Eadem à viro, qua ab uxore debetur castimonia. S. Paulus aliquando vnum, aliquando vtrumque coniugem nominat, ait enim: Iu, qui matrimonio iuncti sunt, principio non ego, sed Dominus, (en largem diuinam) uxorem à viro non discedere; quod si discesserit (ex caussa licita) manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et alio loco: Quae sub viro est mulier, vinente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum altero viro. Hæc indissolubilitas dicitur ex ipsa ratione tum coniugij, tum Sacramenti. Coniugij, quia, nisi coniuges perpetuò maneant coniuncti, nequeunt ita in futurum tempus, post mortem, filijs suis prouidere; quod tamen officium parentum erga liberos exigit. Etenim quibus dant, vel sint, dare etiam debent, vt alantur, & in disciplina edacentur.*

*Hoc est quod Apostolus jubet parentes thesaurizare filijs. Cum autem matrimonium sit *Sacramentum magnum*, vt vocat S. Paulus, id est, signum sacrum spiritualis matrimonij Christi cum Ecclesia, per humanæ naturæ assumptionem, & per amicitia gratiæque hominum iustorum vunionem, debet perpetuam Christi cum Ecclesia coniunctionem representare, non solùm, quò ad vinculum charitatis; sed etiam (quando est consummatum) secundum realem coniunctionem hypostaticam personæ Christi, cum natura humana, ex qua natura constant membra corporis Ecclesiæ.*

Ecclesiæ. Falsa enim esset hæc matrimonij repræsentatio, si ilius vinculum, non etiam per se indissoluble & perpetuum foret, quemadmodum est illud duplex Christi cum Ecclesia vinculum. Inter fornicatorem autem & meretricem nullum est vinculum: hodie Thraso, post biduum, regnat Phædria, apud Thaidem. Vaga est libido, ut ignis crescit, & semper vicina apprehendit. At quis vir mulierem, inquit Lactantius, aut mulier virum diligit, nisi habitauerint semper viva, nisi demota mens, & servata inuicem fides individuam fecerit charitatem?

Hæc vera magnaque sunt matrimonij bona, quibus statum alioqui satis amarum, velut sesamo, aspersit Deus. Verum his ipsis bonis tanta vis malorum opponitur, ut plurimi quotidie in irapatentia haud exiguae sese querelas blasphemè effundant; immo ut hæretici fuerint Saturninus & Tatianus, apud S. Irenæum; & Marcion ac Manichæi, apud S. Hieronymum; & Encratitæ Tatiani sectatores, apud S. Epiphanius, qui matrimonium esse rem per se bonam & licitam omnino negauerunt: vti & Priscillianistæ, & Adamiani, apud D. Augustinum. Hi omnes, & plurimi cum illis, sentiunt coniugium esse malum, tum propter rationes superiore capite allatas, tum ob ea, quæ his ipsis etiam tribus bonis commemoratis è diametro, in coniugijs, opponuntur; quæ proinde non pigebit indicare, & iustè à Deo permitti, vel immitti, ostendere; vbi prius, & hæreses enucleatiū explicauero, & ut par est, matrimonium & bonum esse, & à Deo esse, pluribus demonstrāro. Neque enim nos, inquit S. Hieronymus, *Marcionis & Manichæi dogma* sé-  
tantes nuptijs detrahimus. Sed neque ignoramus, Timotheum à Paulo admonitum, venturos, qui prohiberent nubere, & docerent abstinere à cibis; quod non de ijs dixit, qui virginitatem erant matrimonij prælaturi; sed, ut quidem S. Chrysostomus & Ambrosius intellexerunt, de Encratitis, Marcionitis, & Manichæis; potest tamen, & debet etiam intelligi, de illis hæreticis, qui, tempore Apostolorum, nuptias jam damnarunt, & quosdam cibos detestandos existimârunt, ut testatur, qui tunc viuebat, Ignatius. Hos autem fuisse *Saturninos*, scribit Irenæus. Certe *Saturninus primus fuit*, ait Theodoreetus, qui matrimonium

Terent. in  
Eunuch.

V.

S. Iren. l. 1. c.  
22. & 30. S.  
Hieron. l. 1.  
contra Iouianum.  
S. August. l. 1.  
de hæresib. c.  
70. & c. 31.

S. Hieron. l. 1.  
contra Iouianum.  
l. Tim. 4. 3.

S. Chrysost.  
hom. 12. in l.  
Timoth. S.  
Ambros. ibid.

S. Ignat. ep.  
ad Philadel.  
& Ep. ad He-

tonem, Iren.  
l. i. cap. 22.  
Theodoret.  
hær. fab. l. n.  
Epiphanius hær.  
28 S. Ignat. ad  
Philadelphia.

VI.

Ierem. 34.  
Luc. 7. Greg.  
Naz. orat. de  
amore pau-  
pert.

Ovid. lib. 15.  
Metamor.

VII.  
1. Tim. 4. 3.

S. Augustin.  
lib. 2. retract.  
c. 22.  
Baron. Anno  
Christi 382.

diaboli doctrinam nominavit, in beretum abstinere ab animatis. Epiphanius memorat, in eadem insania fuisse Ebionem, quem Ignatius confutauit, & in eo alios fidem coniugalem fugientes, ut vagæ libidinis habeant libertatem.

Damnati sunt hi hæretici meritò ab Apostolo, non tamen nos cum illis, qui cælibatum nupsis affirmamus excellentiorum. Neque enim, si cum Christo, cum Paulo, cum Apostolis, & tota antiquitate, virginitatem laudamus, idcirco vituperamus, cum his hæreticis, nuptias. Sicut neque, si cum Rechabitis, & Ioanne Baptista, ac Apostolis, temporibus certis, à carnis esu abstinemus; illico etiam cum Iudeis præscriptum olim, ad certum tempus, nunc autem abrogatum morem superstitione obseruamus: neque cum priscis illis hæreticis docemus, abstinere à cibis, more Pythagoræ, vel Ægyptiorum, qui nouum abborum delectum inuenierunt; eò quod Pythagoras doceret, animarum, de hominibus, in bestias, & de bestiis in homines transmigrationem; timeretque, ne sua anima alicubi expellatur. Hinc, apud Ouidium, ait:

*Heu quantum scelus est, in viscere viscera condi,  
Congestogaudium pinguiscere corpore corpus,  
Alteriusq; animantem animantis vivere letho!*

Et infra. *Omnia mutantur, nihil interit: errat, & illinc*

*Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus  
Spiritus, eq; feris humana in corpora transit,  
Inq; feras noster, nec tempore deperit ullo.  
Ergo, ne pietas sit viæta cupidine ventris,  
Parcite, vaticinor, cognatas cade nefanda  
Exturbare animas, ne sanguine sanguis alatur:*

In eiusmodi errore non sumus. Ut ergo non prohibemus, ut de causa, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus; ita nec prohibemus nubere; sed cælibatu matrimonium postponimus, quod, contra diuinæ litteras, Heluidius, & Iouinianus virginitati æquârunt; quorum iste pseudomonachus aliquas etiam sanctimoniales deiecit in nuptias. Vtrumque filio & argumentis confudit S. Hieronymus, cum Romæ esset. Quare Ecclesia nequaquam statuit legem,

gem, quæ certo hominum statui, absolutè & generatim, adimatur libertatem contrahendi matrimonium; potest tamen ponere legem, sub hac conditione, ut si quis velit esse Sacerdos, Episcopus, aut Religiosus, ad continentiam seruandam obstringatur. Tali enim lege non cogit quenquam ad matrimonium non intendum, sed relinquit unicum liberum, ut possit, si velit, amplecti statum Ecclesiasticum, cum hoc onere, ut, si illum amplectatur, non amplectatur, sed renunciet matrimonio, & seruet fidem Christo, sicut coniugi coniugi fidem seruat.

Alijs de caussis heretici matrimonium non omitti tantum posse, sed etiam contemni voluerunt. *Saturninus*, quem alij *Saturnillum* dicunt, nubere & generare à *Satana* esse docuit. A *Satana* autem quid posset esse boni? *Tatianus*, Marcionis ac *Saturnini* continentiam amplexatus nuptias detestans nihil à scortatione differre dixit. Ita fidem coniugalem euertit. Quia de causa auctor esse scribitur *Encratitarum*, id est, qui se continentes vocabant, cum illis incontinentius nihil esset. Hinc *Tatianos*, cum Encratitis coniungit *Epiphanius*. Origenista quoque, siue, ut probabilius putat *Baronius*, ab Adamantio illo, siue ab alio orti, *Turpes* nominabantur, quia, ob fidem coniugi seruandam, & propter onera, & difficultates, matrimonium damnarunt, cum tamen in omnium libidinum cœno voluntarentur. Sed est vetus regula, ut, qui velit sentire commodum, idem & onus sentiat. Ita Deus res temperauit huius vitæ, ut ne homines à voluptatibus absorberentur, dulcibus amara per miserent. Voluit ergo, ut, qui coniugij commoda sectarentur, etiam onera portarent coniugiorum. Inter quæ onera est ijs, qui bonum prolixi malum quoddam esse judicant, liberorum educatio, cura, & sollicitudo. Hæc ut vitarent, Manichæi, licet mulieribus inngerentur, & omni genere immunditiarum se se confusurarent, tamen generationem sedulò vitarunt; qua de causa, cum coniugia propter generationem copulanda sint, nuptias damnauerunt. Ita error trahit errorem. Nam ipsum Manetis dogma constituit, duo Principia æterna, sibi in unicem contraria, duasque naturas atque substantias, boni sci-licet, & mali; totumque hominem ex ijs creatum esse Princi- pijs, ex

## VIII.

Iren. l. 1. c. 2.

De Tatiano  
Euseb. lib. 4.  
hist. c. 27.  
Tertull. de  
præscript. c. 52.

Epiphan. hæ-  
ref. 47.  
Idem hær. 63.  
S. August. de  
hærel. c. 46.

Cyrill. ca-  
tech. 6. Au-  
gustin. hær.  
46. Epiphan.  
hær. 66.

pijs, ex bono animā, corpus à malo fabricatum. Hac de cauſa negabant, Christum humanā naturam ſuscepiffe. Hac de cauſa carnem vt malū ex mali Principio germen, odio proſequentes, probroſis contumelijs affecerunt; ac ſuis nefarijs cupiditatibus ut obſecundarent, inſano prætextu, in immenſum gurgitē turpitudinum mersi, omni pariter libidinum genere frequentiſſime ſe iſpos polluerunt. Dicebant enim, eo modo, iniuria carnem affici, malumq; purgari. Hac de cauſa, quod carnem ex matrīa, & materiā à mali Principio dicerent fluxiſſe, generationem, & nuptias execrabantur. Cuius hæreſis particeps fuit & Hierax Ægyptius, à quo Hieracita prognati, damnatis nuptijs, calibum duntaxat eſſe vitam æternam docuerunt. Hi, aſtu diaboli, contra bonum prolis, venena ſua ſparſerunt. Quemadmodum & Monachi quidam, in Ægypto, in quos S. Athanasius inuehitur. Qui peruersè intellecta illa Christi ſententia: *Nu- quod intrat per os coinquiat hominem, ſed qua exēunt*; ſibi per- fuaderunt, peccatum eſſe corporis excremen ta egerere. Ob quam cauſam, matrimonium damnarunt, eò quod in procrea- tione prolis, è corpore progredi ſemen neceſſe eſſet. Nimirum cacodæmonis machinatio eſt, peruertere finem matrimoniorum, atque impedire prolis prouentum: quemadmodum & na- tionem ſacramenti, vinculique sanctiſſimi perpetuitatem. Quamobrem, per Montanum, non ſolū ſecundas nuptias, (quas Apoſtolum non reiicit) non ſecus ac fornicationem, im- probauit; verū etiam (quod neque Christus, neque Apoſtolum admiſiſſet) nuptiarum docuit ſolutionem. Nimirum hoc mantelo nequitias ſuas voluit tegere. Ita enim videbatur ſibi ſuorum prophetiarum cauſam defendere, quas eum Apollo- nius alijque teſtantur, à maritis ſuis abduxifſe. Sic triplex ma- trimonij bonum, triplices habuit hostes. Sed non definiſt eſſe

Epiphan. hær.  
67.

S. Athanasius  
ad Ammonē  
Archimā-  
dritam.  
Matth. 15.

Apud Euseb.  
l. 5. hist. c. 17.

S. Aug. lib. 9.  
Super Genes.  
c. 7.

bonum, quod mali impugnant. Itaque, vt ſuprà S. Augu- ſtinus dixit: *Quod bonum habent nuptiae, peccatum eſſe nunquam potest.*

CAPVT